Quelle: http://manuscripta.at/?ID=496
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

luntate de-
fluxit. bona
esse dicuntur.
Primum igitur
bonum quo-
niam est in
eo quod est
bonum est.
Secundum
uero bonum.
quoniam ex
eo fluxit cuius
ipsum esse
bonum est.
ipsum quoque
bonum est.
Sed ipsum
esse omnium
rerum ex eo
fluxit quod
est primum
bonum et quod
bonum tale est
ut recte dica-
tur in eo quod est
esse bonum. Ipsum igitur
eorum esse bonum est. tunc igitur in eo.

uoluntate defluxit denominatiue bona esse dicuntur. Sic opus quod eretum est. suo genere quo est et tanquam sua qualitate quod aliquid est. est et denominatiue humanum ab esse illius quo facit aliquid ratione auctore, eretum et tanquam. Sicut enim duobus modis dicitur humanum. primum scilicet generis proprietate uel aliter humanum et facit denominatione quoniam ex eo fluxit cuius humanum est esse. uel opus humanum. ita duobus modis dicitur bonum. primum scilicet bonum quod est uere bonum quoniam est bonum in eo quod est. scilicet sue essentie ueritate. sed quadam denominatione que grece metonomia uocatur. Unde manifestum est iuxta naturalium rationem eum diuisisse cum ait. ea que sunt bona quero an participatione an substantia bona sint. Quicquid enim non alter de subsistente dicitur. aut eius subsistentia aut eius accidens recte intelligitur. Preter hoc tamen de ipso extra naturalium facultatem plurima dicuntur inter que illa etiam sunt que de eodem denominatiue predicantur. Quo predicandi modo ethici omne creatum bonum esse contendunt denominatione. scilicet quod ideo sit quoniam id quod ita dicitur bonum et uere esset. et ut aliquid esset fluxit ex eo uere auctore et causa. cuius ipsum esse bonum est. idest cuius ipsa bonitas essentia est. Sed non modo id quod est et aliquid est itemque uel id quo est uel quo aliquid est. uerum etiam ut ipsum esse omnium rerum. quod significamus cum de aliquo dicimus est. uel aliquid est. ex eo ui nominis auctore et opifice fluxit quod est primum bonum. et quod uere tale bonum est ut illud dicatur ita esse bonum quod recte possit addi in eo quod est quod non aliene sed sue substantie bonitate bonum est. Hoc igitur quod habet a sua substantia nomen ad ea que ex ipso fluxerunt denominatiue transsumptum est ut dicatur quod non modo que sunt et aliquid sunt itemque ea quibus sunt ut aliquid sunt. sed etiam ipsorum eorum esse quod significatur cum dicitur sunt ut aliquid sunt. bonum est. Hec autem a primi boni essentia ad esse illorum que sunt et aliquid sunt transsumptiua denominatio seu denominatiua transsumptio facit ut non modo sint bona sed etiam in eo quod sunt bona sunt quecumque hac denominatione sunt bona. Licet enim quamuis bonitas eorum qua sic bona dicuntur non sit essentia recte tamen additur in eo. uel dicatur in eo quod sunt bona sunt quoniam hoc ad illa denominatione translata bonitas est auctoris eorum. idest primi boni essentia. Qua in re.

Supra cum recte probasset quod ea que sunt bona sunt. uolens iudicio astruere posse quod ea que sunt bona non sunt. a diuisione incepit. et quod ea que sunt quesiuit utrumne participatione. an substantia bona essent. Deinde huius diuisionis utramque partem forma in directarum ratiocinationum improbauit cum ipsis que data ponere antecedentibus primum ex una recte deinde ex alia per quedam multiplicia inuenta ex artis sophistice locis deducta inpossibilia intulit quod quia non tendit ad bonum. in secunda uero quod dictum sunt. Que quoniam esse non possunt primum intulit partium diuisionis predicte

sedin uero bonum ipsius quia bonum est non quod sue essentie ueritate.

inprima